



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Pestilentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

PESTILENTIA. CAP. XIX.

A pud Philostratum Lupus futura pestilentia sanguinem est, ubi Palamedes, propterea quod Lupi ex Ida frequentes in pueros qui castris ministrabant, impetum fecerant, suadet Apollini Lycio sacrificandum, qui feras eas suis met sagittis interficeret, ac simul imminentis pestilentiae calamitas summoveretur. Apud Sicyonios templum erat olim Apollini Lycio dicatum ea de causa, quod ferunt aliquando Lupos ita eorum gregibus infestos ut nullum possent ex re pecunaria fructum percipere: quare consulto Deo responsum acceperunt, ex ligno quadam arido, quod humi jacebat, corticem detrahendum, eumque admixtum carnibus feris exponeendum, quas cum illi gueltaissent, internecione perire. Sed & apud Træcenios Diana Lyceæ templum fuit ab Hippolyto dicatum, inde, ut Paufanias putat, expulsis Lupis.



Palamedes
cur Apollini
Lycio sacri-
ficandum
fuerit.

B Sed & apud Træcenios Diana Lyceæ templum fuit ab Hippolyto dicatum, inde, ut Paufanias putat, expulsis Lupis.

PROSPERITAS. CAP. XX.

F Eliciaribus vero auspiciis Lupa geminos Marte satos educat, Trogus enim commentum placet, *Lupa & Lu-*
pterea quod Lupa in Martis tutela esset, hinc antiqua Romæ tot extant monumenta, in quibus Ro-*pi auxiliū*
memorau-
mulus & Remus parvi atque lactentes lupinis uberibus inhiant. Eadem in somnis uberibus suis Se-*dum.*
verum alit in Imperii futuri præsigium. Neque prætereundum quod Geloni Syracusano adhuc
puero, & in scholis rudimenta prima discenti, Lupus auxilio fuerit, ut imminentis vita periculo sub-
duceretur. Nam cum & præceptor eius, & frequenter discipuli in ludo literario essent, visenda mag-
nitudinis Lupus irrupit, Gelonisque tabulis morsu arreptis ire foras properabat. Gelon haudqua-
quam territus, ne tabellis privaretur, eas manu non segniter tenens Lupum sequebatur: postea ve-
to quam foras processere, gymnasium repente corruit, magistratumque & condiscipulos oppressit,
C Gelon incolumis evasit.

HYENA. CAP. XXI.

E Ram pene Hyenam præteritus, authorum offensus perplexitate, tam diversa super ea tra-
didentur, ut parum cognita esse animalia suspicarer: sed quoniam non ei legi addictus sum ut
animalium historiam prescribam, sed quæ tantum ad Ægyptiorum commenta faciant perquiram,
cujusmodi ea sint, ex iis quæ collegimus, intelliges.

VICTUS HOSTIS. CAP. XXII.

H Hieroglyphicum Hyenæ præcipuum erat, contentionem, ut apud Ægyptios Sacerdotes reperi-
significare. Quod si victum hostem intelligi voluissent, eum à dextro latere statuebant; si ad *Applin. lib.*
dexteram conversa cum venatore pugnam inierit, eam semper esse potiorem. Nam cum flecti nisi *ibidem lib. 4. c. 8.*
circumactu totius corporis nequeat, spina continua per collum & dorsum totum porrecta, prægres-
si homini vestigia occupare conatur: quod si successerit, quasi magica quadam vi, quæ in ejus tan-
tum dextera corporis parte pollet, alienari mente circumventum hominem, & si Equo insidieat, de-
cidere: atque ita omnino victum interfici.

VICTOR HOSTIS. CAP. XXIII.

S In victorem hostem significare vellent, animal idem cum venatore ab læva congressum effinge-
bant, quod divulgatum est Hyenam si non ab læva hostem occuparit, nihil ea magica vi polle-
re: ipsam verò quasi attonitam deficere, ac nullo pene negotio capi. Sedenim quæsierit aliquis, si
pingenda sit Hyena animal orbi nostro incognitum, qua figura sit. Tradunt eam magnitudine & co-
Ibidem Plin.
lore